19 Junij 1627 [illegible] 345

S. R. M.tas, Clem.me mi Signor Clem.me

1189

Quamuis quinta huius mensis Cl.no Placito significauerim quicquid à S.ma D.N. ac Ill.mis Cardinalibus Magalotto, et Barb.no reportaueram in negotio promotionis pro Cl.no Lancillotto, quando ipsis S. R. M. V.ra litteras presentaui, eumq. existimem totum S. R. M. V.ra iam comunicasse; nihilominus occasione transmittendi inclusa responsa meæ esse obligationis duxi, eadem nō solum replicare, verum etiam quæ denuò idem S.mus mihi notificauit, S. R. M. V.ræ explicare. Declarauit itaq. S.tas sua voluntatem, ac desiderium suum semper fuisse, et esse non modò in hac petitione, sed etiam in oībus alijs ostensuram paternum suum erga S. R. M. V.ram affectum, et amorem, ut Vniuersus orbis agnoscat, quanti singularia S. R. M. V.ræ merita faciat. De tempore creationis verò nihil certi posse promittere, cum adhuc nō terminauerit primam promotionem, ex qua tunc tres sibi in pectore reseruauit declarandos in aliud tempus magis opportunum, quos idcircò nominare prius, quam ad aliam creationem deueniat, necessarium existimat, nec propterea posse tam citò Principum commendationibus satisfacere.

Sac. Reg. M.tis Polon. Regis.

Emo vero ad personam summopere desiderare subiunxit, ut S.R.M.
aliquem Nationalem commendaru inhit, ut ipsi Concilio Tridenti
quod ex omnibus Christiani orbis Nationibus Card.les accisendos
hortatur, et ut etiam si conformari possit Bullis summor. Pontifice
prohibentibus Nuncijs petitionem huius dignitatis ad inter
cessionem Principum, aut saltem nisi prius precesserit Sedis
Aplicae licentia pro illa obtinenda, quas observare omnino inten
Addidit etiam notificaru fecisse Emo tanto ab ipso petenti h
licentiam, ut ab illa se abstineret; eidemq. pluries impen
ut S.R.M. V.ram ab expostulationu Card.latus pro aliquo Italo a
teru conaretur, et presertim Sedis Aplicae ministro, ac subdi
cum in talis personas numquam animu esset sua S.tas inductur
idq. pariter mandasse moderno Nuncio Archiepiscopo Seleucien
ut S.R.M. V.rae significet. Et licet ego omnes illas rones, qu
alias expresseram ad petendum Italum, et ob quas presertim
a nominando Nationali S.R.M. V.ra detinebatur replicavi
nihil tamen obtinere potui: Respondit n. S.tas sua,
quoq. ob multas alias causas, et maxime quidem considerati

dignitatem hanc in Subditos, et Aplicae Sedis Ministros Principum intercessionibus conferre nullo modo posse, et sibi displicere ostendit, cum ad praesens S.C.M.Vae nequeat satisfacere. Attamen promittit, S.C.M.Vae commendationem Canonico Sancto multum profuturam, et eius causa illi in omni semper occasione gratificaturum. Denique subdidit, se Canonico Sancto successorem praebendo, putasse illi satisfacere, cum duobus iam ab hinc annis licentiam postulasset; licèt postea ob spem ad suum favorem conceptam humanissimi S.C.M.Vae patrocinij libenter fortasse in officio permansisset: Subiungit praeterea, me prius licentiam à fel. recordationis Gregorio XV.o obtinuisse. Haec omnia S.C.M.V., prout S.mus D.N. mihi respondit, repraesentare volui, ut meam in exequendis S.C.M.Vae mandatis diligentiam, ac promptitudinem agnoscat, quam semper omni opera ostendere conabor. Mea interim obsequia S.C.M.Vae humillime devoveo, et fausta quaeque deprecor. Romae die XIX

Junij 1625.

S.C.Mtis Vrae.

addictissimus et obsequentissimus servus

Cos. Card.lis de Torres

340

Pro Lancellotto.

Junij 1627. Card. Toraes. [illegible]